

forte divisiōis per cap. Ecclesia 3. de sortilegiis lib. 5. tit. 21. ubi dicitur: *Sortis usum in electionibus perpetua prohibitione damnamus.*

## DISPUTATIO XXXIII.

*De Mutuo & Usurâ.*

**M**utuum ita dictum quasi meum tuum, eò quod tradatur res ut acquiratur accipienti & accipiens vicissim obligetur tradere suam rem ut acquiratur ei, qui mutuum dedit, hic contractus vitatur per usuram, quando ultra illud, quod accepit, à mutuuario exigitur.

## QUESTIO I.

*Quid mutuum, quid usura, & quotuplex?*

**D**ICO: *Quaedam res sunt, quarum usus est ipsarum rerum consumptio, sicut vinum consumimus eo utendo ad potum, & triticum consumimus eo utendo ad cibum... in talibus per mutuum transfertur dominium. S. Th. hic Q. 78, a. 1. O.*

*Explicatur & probatur: Describitur mutuum, Datio rei fungibilis pondere numero & mensurâ constantis, quâ transfertur dominium in accipientem, eâ conditione, ut post aliquod tempus obligetur reddere similem in specie & bonitate. Dicitur 1. Datio: quia hic contractus traditione perficitur. Dicitur 2. Rei numero pondere & mensurâ constantis: quia materia huius contractus est sola res, quæ functionem in suo genere recipit: id est: quæ in eodem genere habet res ita sibi similes, ut in commutationibus & solutionibus una alterius vice fungi possit, ut vinum, triticum, pecunia. Dicitur 3. Qua transfertur dominium: per quod mutuum distinguitur à contractu commodati, in quo non transfertur dominium, sed solus usus conceditur commodatio. Dicitur 4. Eâ conditio-*

ditione  
in quâ  
aliquid  
quâ red  
æqualis  
pro merc  
mitem in  
pro accep  
eti enim  
nitatis.

Sequ  
obligat  
liberam  
sit præf  
rem mut  
præfixum  
ne illusor  
ultra sor  
mensurâ  
mutuuar  
pus præf  
cum mutu  
rationabil  
rei mutua  
de omni  
restituere  
dammum,  
tum sit.

Q. 1.  
tas in-ve  
Anteq  
secam di  
extrinseca  
Magistrat  
quando v

ditione ut obligetur &c. ad differentiam donationis, in quâ transfertur dominum sine reciprocâ obligatione, aliquid reddendi, ad differentiam permutationis, in quâ reddi debet res alterius specei, dummodo sit æqualis valoris, iterum differt à venditione, in quâ pro merce pretium vel pecunia datur; *Dicitur* 5. Similem in specie & bonitate: ex quo non satisfacit, qui pro accepto vino veteri restituit tantumdem vini novi, etsi enim sit ejusdem specei non tamen est ejusdem bonitatis. Ex quâ definitione

*Sequitur* quod ex contractu mutui resultent hæ obligationes. Primo mutuans tenetur tradere rem liberam à vitio occulto. Secundo si tempus reddendi sit præfixum, non potest per se loquendo ante illud rem mutuam repetere, quod si nullum tempus sit præfixum, tenetur saltem non repetere in continenti, ne illusoriè egisse videatur. Tertio non potest aliquid ultra sortem id est præter rem mutuam in æquali mensurâ & pondere à mutuuario petere. E contra mutuarius tenetur Primo statim reddere, ubi tempus præfixum advenerit, aut si nullum sit præfixum, cum mutuans juxta boni viri arbitrium rem mutuam rationabiliter repetit. Secundo cum statim acquirat rei mutuatæ dominium cum onere reddendi, tenetur de omni casu fortuito rei mutuatæ. Tertio tenetur restituere eo loco, unde mutuator non patitur grave damnum, non tamen certo loco, nisi de eo conventum sit.

*Q. 1.* An in restitutione mutui sit attendenda bonitas in- vel extrinseca rei reddendæ?

Antequam respondeatur *advertite*: bonitatem intrinsecam dici, quam habet res mutuata ex suâ natura; extrinsecam quam habet ex impositione vel taxatione Magistratus v. g. accepisti mutuo malderum tritici, quando valebat 6. florenis, si valor istius postea creverit

verit ad 12. florenos, quæritur an satisfacias reddendo simile triticum in minori quantitate videlicet medium malderum, quod modo valet sex florenis. Quo notato.

**R. 1.** In rebus à pecuniâ distinctis regulariter est spectanda intrinseca bonitas rei mutuatae, ita ut tantumdem in quantitate, & simile reddatur in qualitate, sive æstimatio & valor extrinsecus sit major vel minor, quam fuerit tempore mutui dati. *Ratio est:* quia in contractibus attenditur ad id, quod per se intendunt contrahentes; sed in rebus à pecuniâ distinctis bonitas intrinseca per se terminat intentionem contrahentium, & pertinet ad objectum contractus; valor autem extrinsecus quippe contingens & variabilis juxta varias temporum circumstantias habet se merè per accidens.

**R. 2.** In pecuniâ ordinariè attenditur valor extrinsecus, ita ut debeat restitui pecunia ejusdem valoris tempore restitutionis, cujus fuit tempore mutuacionis. *Ratio est:* quia id, quod per se & principaliter in pecuniâ intenditur, est valor & æstimatio à principe imposta & à consensu populi recepta; undè si mutuataris recepit mutuo 10. imperiales, qui tempore restitutionis minus valent, debet supplere defectum illum. *Dixi ordinariè:* si enim aliud exprimat, vel contractui adjiciatur obligatio restituendi in eadem sorte; ut si accipiat mutuum in daleris gallicis illud restituatur in simili monetâ argenteâ, tunc intrinsecus valor monetæ attenditur, & secundum hujusmodi bonitatem intrinsecam mutuataris tenetur mutuum solvere, quemadmodum & venditorem census obligari posse ad census redimendum eadem monetâ in specie communiter tenent DD.

**Q. 2.** Quænam personæ deobligentur ab obligatione mutui?

**R. 1.** Filiusfamilias etiam pubes imo major 25. annis,

nis, si ab  
stare est c  
civiliter  
eriam pol  
est se per  
doniani,  
Macedoni  
competit  
eriam filii  
ribus & c  
efficacit  
tum alio  
cedoniar  
Excipiunt  
exultimaba  
lium castro  
matem Pa  
rebus qua  
legis. C  
Parris: ut  
completit  
rum.  
2. Pup  
rem non t  
re nisi id  
probandu  
tutoris &  
3. Ec  
consensu  
sine alien  
non oblig  
pecunias  
DICO  
mutuata  
hic Q. 78  
2. 2. 2

nis, si absque consensu patris, aut ejus sub cujus potestate est constitutus, mutuum acceperit non obligatur civiliter solvere mutuum imo nequidem naturaliter etiam post mortem patris vel emancipationem, sed potest se perpetuo tueri exceptione Senatusconsulti Macedoniani, quod à jure Romano occasione fœneratoris Macedonii in odium fœneratorum est introductum; competit autem hoc beneficium non tantum filio sed etiam filiæfamilias, imo eorum hæredibus, fidejussoribus &c. undè non potest filiusfamilias huic privilegio efficaciter renuntiare; quia hoc cederet in detrimentum aliorum juxta plures leges de Senatusconsulto Macedoniano ff. lib. 14. tit. 6. & Cod. lib. 4. tit. 28. Excipiuntur autem varii casus Primo si Filius prudenter existimabatur esse sui juris. Secundo si habeat peculium castrense. Tertio si mutuum sit conversum in utilitatem Patris. Quarto si mutuum sit factum in aliis rebus quam pecuniâ, nisi id factum fuisset in fraudem legis. Quinto si prudenter præsumi poterat consensus Patris: ut si filius absens studiorum causa mutuum sumperit ad sustentationem vel emptionem necessariorum.

2. Pupilli & minores habentes tutorem vel curatorem non tenentur solvere mutuum contractum à tutore nisi id fuerit conversum in utilitatem pupilli quod probandum est L. si in rem 3. Cod. quando ex facto tutoris &c. lib. 5. tit. 39.

3. Ecclesia vel causa pia, quæ ( licet prælatus cum consensu capituli acceperit pecunias mutuas ) si illas sine alienatione bonorum immobilium solvere nequeat non obligatur ad solutionem, nisi mutuans probaverit pecunias conversas fuisse in utilitatem Ecclesiæ.

DICO: *Secundum se est illicitum pro usu pecunia mutuata accipere pretium, quod dicitur usura.* S Th. hic Q. 78. a. 1. O.

2. 2. Theol. Schol. Pars posterior.

S

Ex-

*Explicatur breviter*: Usura est lucrum ex mutuo id est aliquid pretio æstimabile, quod supra sortem sive summam mutuo datam tanquam ex justitiâ debitum ratione mutui recipitur, vel exigitur, hinc si non ex justitiâ sed ex gratitudine, seculo tamen quovis pacto, vel ob lucrum cessans vel alium justum titulum aliquid detur, non est usura.

*Dividitur 1. Usura in formalem seu manifestam, & virtuales seu palliatam.* Prima est: si apertè imponatur onus & gravamen præstandum à mutuatario nullo alio titulo, quam mutui; altera est, quando alio contractu vel titulo apparente coloratur, ita ut non statim appareat iniquitas; ut si vendas carius ob dilationem solutionis.

*2. Dividitur in mentalem vel internam*: cum mutuans lucrum in pactum externè non deducit, aliquid tamen lucrum supra sortem recipit, aut recipere intendit tanquam debitum ex justitiâ; & *realem sive externam*: dum mutuans verbis aut aliis signis etiam obscurè indicat voluntatem aliquod lucrum ex mutuo recipiendi.

*3. Dividitur à jurisperitis in lucratoriam seu scænebrem, quæ consistit in lucro injusto seu scænere propriè dicto ultra sortem; & compensatoriam seu mercatoriam, quæ est lucrum in compensationem damni vel periculi datum, & hæc usura est licita nisi modum excedat, alia denique est usura punitoria seu commissoria quando partes incidunt in pœnam inter se contractam ob vel non datum, vel non restitutum mutuum.*

## Q U Æ S T I O II.

*Quando contingat & an prohibita usura?*

**D**ICO I. *Sicut si aliquis pro pecuniâ mutuata vel quacunque aliâ re . . . pecuniam accipit ex pa-*  
 Et

*Et tacito vel expresso peccat contra iustitiam... ita etiam quicumque ex pacto tacito vel expresso quodcumque aliud acceperit, cuius pretium pecuniâ mensurari potest, simile peccatum incurrit. S. Th. hic Q. 78. 2. 2. in O.*

Ex hac conclusione pro praxi.

*Infertur 1.* Licere ratione mutui exigere illa, quæ pretio æstimabilia non sunt: ut amorem, benevolentiam, & gratitudinem internam cum actibus externis earum ordinariis, non autem actus extraordinarios earum cum pacto & obligatione. *Ratio prioris est:* quia huiusmodi nec pecuniâ æstimari possunt, nec sub obligatione iustitiæ cadunt; cum sint omnino voluntaria. *Ratio posterioris est:* quia quamvis actus externi ordinarii prædictarum virtutum sint alias debiti ex honestate earundem virtutum secluso quocumque pacto, actus tamen externi extraordinarii: ut maxima submissio externa, affectata benevolentia &c. non sunt debiti & possunt pecuniâ æstimari; cum habeant quandam speciem servitutis.

*Infertur 2.* Committi usuram palliatam, quotiescunque celebratur contractus distinctus à mutuo, in quo propter erogatam pecuniam, vel creditum pretium, aut interesse aliquod certum lucrum in pactum deducitur. *Exempla sunt 1.* Mercator propter dilatam solutionem merces carius vendens usurarius est, nisi dubium sit, an tempore solutionis valor rei variabitur, & venditor non erat venditurus tempore, quo vendidit *Cap. in civitate 6. de usur. lib. 5. tit. 19. 2.* Emptor anticipatâ solutione emens rem vilius usurarius est: quia & anticipatio ista habet rationem mutui, cuius quoddam pretium est diminutio iusti pretii *cap. naviganti ult. eod. tit. ubi hæc fit exceptio: Qui pannos, granum, vinum, oleum & alias merces vendit, ut amplius, quam tunc valeant, in certo ter-*

*minor recipiat pro usdem, si tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus: De quo dicitur, quod ratione hujus dubii; nempe quo dubitatur vero similiter, utrum plus vel minus tempore solutionis vel traditionis merces sint valituræ, excusatur.* 3. Usurarius est, qui rem aliquam emit eo pacto, ut eandem post tempus restituat venditori, qui pretium augere debeat cap. illo 4. de pignor. lib. 3. tit. 21. 4. Creditor usurarius est, qui à debitore pro mutuato capitali accepit pignus, quo interea fruatur, non computatis fructibus in sortem capitalis, qui contractus vocatur **Antichresis**; vel qui pignus pluris valens accepit, ut non secutâ solutione pignus cedat creditõri, vel cadat in commissum, quod vocatur pactum legis commissoriæ. 5. Usura est obligare quemquam ad solvenda 100. mutuo accepta, quorum unam tantum partem accepit in paratis, alteram in debitis difficulter exigibilibus, & tertiam in mercibus antiquatis & invendibilibus, aut ex usuris legitimis v. g. censibus nondum solutis usuras exigere.

*Infertur 3.* Usura est hoc pacto mutuare, ut alter remutuet, vel ut desistat ab actione justâ, quam habet contra mutuantem, vel ut cedat juri suo, vel ne prosequatur ædificium, quod juxta ipsum fecit, aut illud non altius extollat, non ampliùs extendat, fenestram claudat, aquilegium permittat.

*Infertur 4.* Usura est, si obligetur mutuarius ob mutuuum tuam officinam vel molendinum frequentare, vel merces tuas emere etiam eodem, quo alibi potest, pretio & econtra si obliges illum ex mutuo, ut vendat tibi merces suas: esto enim non patiatur indè damnum, est tamen illa obligatio mutuarii ad verum onus.

*Infertur 5.* Conjiiciens nummum, cum quo nec lucrum facturus erat, nec damnum patitur in urnam fortunæ, quam Lotteriam vocant & indè sorte extra-

hens

hens c  
lucri i  
lucru  
que el  
pretiur  
quæ ve  
ventio  
teriam  
DU  
hoc ca  
ad 4.  
Eccle  
im  
tur Ez  
v. 35.  
nicum  
tit. 5. i  
usurari  
2da  
contra j  
accipere  
in usurâ  
supra v  
æqualit  
Prob  
mutuar  
mutuar  
gi pro  
accep  
detur.  
fas pia  
in mut  
trinsec  
Cum se  
ri; m

hens centum non committit usuram, sed emit spem  
lucris incerti, quæ pluris non valet nec æstimatur, &  
lucrum inde proveniens est meræ fortunæ casus sic-  
que est justa venditio & emptio. Imprimis enim est  
pretium scilicet pecunia, quæ datur, deinde est merx,  
quæ venditur: nempe spes lucris. Denique est con-  
ventio inter conjicientem, & illum, qui constituit Lot-  
teriam.

DICO 2. *Quod homo lucrum de mutuo non querat*  
*hoc cadit sub ratione precepti. S. Th. hic Q. 78. a. 1.*  
ad 4. Sive usura est prohibita jure positivo divino &  
Ecclesiastico & naturali.

*1ma Pars probatur:* Jus divinum prohibens habe-  
tur Ezechielis 18. v. 8. Psal. 14. v. 5. & illo Lucæ 6.  
v. 35. *Mutuum date nihil inde sperantes.* Jus Cano-  
nicum prohibens habetur in §. decretal. tit. 16. in 6.  
tit. 5. in Clement. tit. 5. de usur. in quibus & pœnæ  
usurariorum continentur.

*2da Pars probatur 1.* Jure naturæ est illicitam &  
contra justitiam commutativam in commutatione plus  
accipere, quam valeat id, quod datur; atqui hoc fit  
in usurâ: cum aliquid accipiatur ultra sortem: id est:  
supra valorem rei mutuatae; ergo in illâ non servatur  
æqualitas; ergo committitur injustitia.

*Probatur 2.* Res mutuata non potest fructificare  
mutuanti: cum per mutuum transferit in dominium  
mutuatarii, neque potest à Domino justè pretium exi-  
gi pro usu suæ rei; ergo si reddatur tantum quantum  
accepit mutuatarius, est æqualitas; si aliquid supra  
datur, est inæqualitas; ex quo sequitur: nec ad cau-  
sas pias v. g. pro pauperibus, redimendis captivis &c.  
in mutuo aliqui d. ultra sortem exigere posse: cum sit in-  
trinsecè malum ex cap. super eo 4. de usur. ubi dicitur:  
*Cum scriptura sacra prohibeat pro alterius vitâ menti-*  
*ri; multo magis prohibendus est quis, ne etiam pro re-*



*dimendâ vitâ captivi usurarum crimine involvatur*; Ideoque etiam contractus usurarius nec juramento de non repetendis usuris confirmatur cap. tuas 13. de usur. nec consuetudo nec statutum ab usuris excusare possunt Clement. un. de usur.

*Nec obstat*: Quod olim fuerint permissæ usuræ Judæis Deuteron. 23. v. 19. & 20. & 28. v. 12. id enim intelligendum est respectivè solum ad hostes infideles populi electi, in quem Deus dominium temporale infidelium transfulerat,

*Nec leges Civiles obstant ff. & Cod. tit. de usuris moderatas usuras permittentes*; quia hæ sunt contra jus divinum, & à jure Canonico correctæ.

*Obj. 1.* Auctuarium in mutuo justè accipitur non pro sorte, sed pro usu sortis.

*R.* Usus juris in sorte, quæ est res usu consumptibilis, esse indistinctum à dominio; ergo pro illo aliquid distinctum auctuarium accipi absque injuriâ nequit.

*Obj. 2.* Qui alteri concedit pecuniam ad usum ostentationis, potest aliquid pro tali usu exigere, ergo multo magis qui dat pecuniam ad quemcunque usum.

*R.* Negando consequentiam; quia in casu posito dominium & periculum pecuniæ manet apud concedentem, ideoque est locatio, non mutuum; quando autem dominium pecuniæ transfertur in alium, non potest soluto dominio pecuniæ aliquod auctuarium peti pro usu pecuniæ, sicut soluto pretio pro dominio equi, non potest aliquid peti pro usu equi.

*Obj. 3.* Jus ad præsentem pecuniam est æstimabilius, quam jus ad pecuniam post annum dandam; atqui mutuans 100. imperiales dat jus ad pecuniam præsentem, erga quam mutuarius dat jus ad 100. imperiales post annum dandos; ergo ut servetur æqualitas est aliquid superaddendum.

2. Negando mi. Quia vi contractus mutui summa pecuniæ de præsentis data à mutuante non compensatur per Jus præsens, quod acquirit mutuans, sed per talem summam in futuro dandam, quo tempore tantum valet summa refusa, quantum nunc valet pecunia à mutuante data, si mutuum se extendat ad tempus longum, potest aliquid exigi non ob dilationem, sed ratione lucris cessantis. De quo infra.

*Obj. 4.* In mutuo est obligatio non repetendi sortem v.g. per annum, sed ea est pretio æstimabilis; ergo pro illâ aliquid ultra sortem potest exigi.

2. Licet in mutuo in communi non includatur obligatio non repetendi sortem v.g. intra annum, hæc tamen in particulari mutuo, quo aliquid mutuum do ad annum, est inclusa, quæ sufficienter recompensatur per redditionem sortis cum facultate illâ utendi in perpetuum, licet autem mutuum sit gratia dans aliquam commoditatem temporalem, non est tamen gratia vendibilis distincto pretio à pretio sortis, sicut venditio rei alteri necessariæ est gratia dans commodum temporale, non est tamen gratia vendibilis distincto pretio à pretio mercis.

*Obj. 5.* Qui dat patrono alicujus beneficii mutuum cum obligatione, ut det beneficium Ecclesiasticum committit Simoniam juxta communem Theologorum; ergo ipsa datio mutui est aliquod temporale pretio æstimabile, quod hic est mutuum, pro re spirituali, quæ est beneficium Ecclesiasticum.

2. Talem mutuatorem esse usurarium & simoniacum, est imprimis usurarius: quia in contractu mutui ratione mutui præter obligationem reddendi sortem imponit onus ex obligatione justitiæ conferendi beneficium Ecclesiasticum; quodcumque autem in mutuo ratione mutui imponitur aliquod speciale onus præter obligationem reddendi sortem, est usura; est simo-

niacus: quia aliquod commodum temporale, quale est mutuatio, offert in commutationem rei spiritualis. Nec requiritur ad simoniam, quod temporale oblatum pro spirituali sit distincto pretio æstimabile; sic enim qui alteri vendit domum cum obligatione, ut emptor conferat beneficium, committit simoniam.

*Obj. 6.* Licet ex rationabili causâ, cujusmodi est suæ vel alienæ necessitatis subventio, accipere & petere mutuum ab eo, qui non aliter illud daturus est, quam sub usuris, ergo etiam licet dare mutuum sub usuris.

*R.* Negando consequentiam; disparitas est: quia accipiens mutuum tantum vitatur peccato alterius ad bonum, vult enim non usuram, sed mutuum, cui per accidens & præter intentionem conjungitur usura; sicut igitur licet exigere pactum vel fœdus ab eo, qui noscitur juraturus per falsos Deos ex fine bono & rationabili causâ, sic etiam licet petere mutuum necessarium permittendo tantum peccatum alterius; e contra dans sub usuris directè intendit illud lucrum ex mutuo, sine quo posset dare mutuum. 2. Non tenetur quis abstinere ab objectis indifferentibus & non illicitis, ex quibus ex malitiâ sumunt alii grave scandalum, cum gravi suo incommodo, usurarius verò non indifferens sed illicitum intendit objectum.

### Q U Æ S T I O III.

*An & quando liceat accipere aliquid ultra sortem?*

**D**ICO. Ille, qui mutuum dat, potest absque peccato in pactum deducere cum eo, qui mutuum accipit, recompensationem damni, per quod subtrahitur sibi aliquid, quod debet habere. S. Th. hic Q. 78. A. 2. O.

*Probatnr:* Passio damni est pretio æstimabilis:

¶ *¶*

cum per accidens sit mutuo conjuncta, & damnum mutuans gratis subire non teneatur; ergo pro damno potest mutuans aliquid exigere, debet autem damnum emergens sicut & lucrum cessans in pactum deduci, scilicet mutuans sibi imputare debet negligentiam cautelæ; posset enim mutuarius forsan sibi aliter providere, si moneretur de lucro cessante & damno emergente ob mutuum compensando. Venit autem nomine damni, omne quod mutuans, ex eo quod mutuum dat, minus habeat in suis rebus, ac alias haberet, quod vocatur damnum emergens sive consistat in expensis ob recuperationem mutui faciendis sive in alio, quod verò aliàs habiturus fuisset, cum non dato mutuo potuisset lucrari, hoc vocatur lucrum cessans & quod ratione lucri cessantis aliquid exigere non sit exigere ratione mutui, sed ratione damni ex mutuo profecti colligitur ex D. Angel. hic Q. 62. A. 4. in O. ubi dicit: quod etiam restituere teneatur: *Si damnificet aliquem impediendo, ne ad piscatur, quod erat in viâ habendi, & tale damnum non oportet recompensare ex æquo, quia minus est aliquid habere in virtute quam habere actu.* Deinde æstinabilior est pecunia, prout est destinata ad negotiationem & subest industriæ mercatoris & ita pluri valet, quam secundum se sumpta; potest autem lucrum cessans dupliciter deduci in contractum. Imprimis conveniendo de certo pretio juxta æstimationem spei de lucro. Deinde indeterminatè de tanto pretio, quantum deductis omnibus expensis fuisse lucrum futurum eventus perhibebit, nullus tamen alterum cogere potest ad pactum priori modo ineundum.

Dices: S. Th. hic Q. 78. A. 2. ad 1. dicit, *recompensationem damni, quod consideratur in hoc, quod de pecunia non lucratur, non potest in pactum deducere (nempe mutuans) quia non debet vendere id, quod*

nondum habet & potest impediri multipliciter ab habendo.

B. S. Th. Intelligendus est de lucro cessante pecuniæ in potentia tantum remota per eandem acquisibili vel pecuniæ non destinatæ sed solum aptæ destinari ad negotiationem.

His duobus titulis ab omnibus Theologis admissis additur probabiliter periculum fortis, cui exponit se mutuo dans, ex hâc ratione: exponere se periculo amittendæ vel difficulter recipiendæ sortis est pretio æstimabile, neque sequitur ex mutui natura, sed ex eo, quod sit persona v. g. difficilis conventionis, immersa debitis, ignota &c. ergo illud periculum licitè in pactum deducitur. *Adde:* quod quisquis ad cavendum rerum suarum damnum possit inire contractum assecurationis; ergo etiam mutuans; atqui cum mutuans propter periculum mutui petit aliquid ultrà sortem, tacitè inire contractum assecurationis, ad quod tamen ut licitè fiat, requiruntur sequentes conditiones. Primo ut periculum non sit imaginarium, sed verum juxtâ prudentum æstimationem. Secundo ut relinquatur arbitrio mutuatarii, ut vel det auctuarium ratione periculi, vel præstet cautionem per pignus, hypothecam, fidejussorem, quod hodie solet esse in praxi & est securissimum.

*Dices:* Cap. naviganti de usur. lib. 5. tit. 19. dicitur: *Naviganti & eunti ad nundinas mutuans certam pecuniæ quantitatem, eo quod suscipit in se periculum, receptorus aliquid ultra sortem, usurarius est censendus;* ergo ex hoc, quod mutuans suscipiat in se periculum fortis, quod alias vi mutui est penes mutuatarium, nihil potest supra sortem exigere; ergo multominus absolutè ratione periculi: quia forsitan mutuatarius non est redditurus sortem.

B. Prætermittis variis solutionibus, quod Pontifex solum

ab ha  
pecunia  
sibi  
uari ad  
s adm  
nit se  
o amite  
estimabi  
quod  
fa debi  
ctum de  
m reru  
rationis  
ppter per  
tè in con  
tè fiat,  
ut per  
ta prou  
tur arbi  
ne peric  
cam, fo  
ci & est  
f. tit. 1  
ndina  
quod  
sortem  
mutuati  
mutui  
em exig  
li: qui  
ad. P  
folu

solum velit: quod mutuans sit Usurarius, qui ex vi mutui obligat mutuatarium, ut erga condignum premium ineat cum mutuante contractum assurationis; licet enim mutuans æquè ac tertius à mutuante distinctus aliquid accipere possit pro assuratione & præstandâ securitate sortis, non potest tamen vi mutui mutuatarium obligare ad secum ineundum contractum assurationis juxta generalem Regulam: quod mutuans nullum aliud onus vi mutui præter refusionem sortis suo tempore imponere possit mutuatario.

His titulis additur titulus pœnæ conventionalis, vi cuius tenetur mutuatarius solvere certam pecuniam in pœnam ultrâ capitale, si fuerit in morâ culpabili convento tempore solvendi. *Ratio est*: quia jure tam naturali quam gentium & Civili licitum est contrahentibus sese mutuo obligare ad certam pœnam, si defecerint culpabiliter in contractibus L. si pacto 14. Cod. de pactis lib. 2. tit. 3. ergo si mutuatarius culpabiliter deficiat in solvendo poterit ad pœnam conventionalem astringi; Canones autem & leges pœnam conventionalem in mutuo damnantes loquuntur de pœnis excessivis & immoderatis vel præsumptionem usurariæ fraudis habentibus; ut quando mutuo additur propter spem vel certitudinem talem pœnam incurrendi: quia tam breve tempus est præfixum, in quo mutuatarius sortem reddere non poterit.

Omnes tituli præter hos enumeratos non excusant ab usurâ, unde benè damnatæ sunt propositiones sequentes 42. ab Alexandro VII. *Licitum est mutuanti aliquid ultrâ sortem exigere, si se obliget ad non reverendam sortem usque ad certum tempus.* 41. ab Innocent. XI. *cum numerata pecunia pretiosior sit numerandâ, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam presentem, quam futuram, potest creditor aliquid ultrâ sortem à mutuatario exigere & eo titulo ab usurâ excusari.*

*fari. 44. ab eodem : usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia & gratitudine debitum, sed solum si exigatur tanquam ex iustitia debitum.*

Ex dictis colliges : quid dicendum sit circa montes pietatis, quorum usus est in Italia & Belgio, est autem mons pietatis acervus pecuniæ ad mutuandum indigentibus publicè deputatus cum conditionibus quæ sunt primò : ut mutuarius pro mutuo accepto pignus relinquat, & intrà certum tempus pignote recepto mutuum restituat. Secundo ut modicum auctuarium supra sortem addat. Tertio : quod si non sit solvendo, intrà statutum tempus vendatur pignus & detractâ sorte exiguoque auctuario residuum de æstimatione pignoris debitori restituatur; hic acervus dictus est mons pietatis; eo quod primitus ex piis fidelium fundationibus coaluerit, ut ad illum indigentes veluti ad montem à fœneratorum pressuris confugerent. Colliges inquam hos montes esse licitos, ità Concilium Lateranense sub Leone X. *Ratio est* : quia id quod à monte pietatis supra sortem accipitur, non datur tanquam debitum ex titulo mutui, sed pro necessariis sumptibus ad montis conservationem, ut pro stipendiis ministrorum montem administrantium, vel ratione lucri cessantis, quando pecunia negotiationi, ideoque lucro acquirendo vel damno emergenti evitando destinata in gratiam indigentium confertur ad erectionem huiusmodi montis.

*Dices I.* Plus exigitur in monte ab eo, qui diutius pecuniam mutuam detinet; ergo aliquid accipitur ob diuturniorem carentiam pecuniæ, quod est usurarium.

*2.* Non ratione carentiæ, sed ratione expensarum, quæ fiunt in favorem mutuatorum, auctuarium in montem petitur, si enim expensæ non fierent,

D  
erent, n  
dum inven  
id dictas ea  
o plus & c  
Dices 2  
cuniam mu  
utem mutu  
diz non t  
entes.  
2. An  
tamen qu  
commodi  
tur obli  
nem, qu  
horitate pe  
em erigere  
im & peri  
An usur  
DICO  
ram e  
lamam vel  
Qua sunt fr  
Video ei de  
Explica  
vit : cum  
quirat us  
line iusto  
urario n  
probatum  
pote non l  
ex te im  
pro foro e

fierent, non omnes paratam pecuniam ad mutuandum invenirent; est autem æquum, ut tanto plus ad dictas expensas contribuat mutuuum petens, quanto plus & diutius fruitur commodis montis.

*Dices 2.* Mutuantis est servare & custodire pecuniam mutuandam; sicut etiam pignus in securitatem mutui datum, ergo pro expensis hujus custodiæ non tenentur dare auctuarium mutuuum petentes.

*3.* Antecedens esse verum per se loquendo, non tamen quando pecunia ad mutuuum destinata est in commodum mutuatariorum, & expensæ subeuntur ob susceptam eorum causa mutuandi obligationem, quod hic accidit, undè etiam privatus auctoritate propriâ absque læsione justitiæ talem montem erigere posset, quod tamen modo ob scandalum & periculum usurarum est illicitum.

#### QUÆSTIO IV.

*An usurarius fiat dominus usurarum & obligetur ad restitutionem?*

**D**ICO Si quis domum alterius vel agrum per usuram extorsisset; non solum teneretur restituere domum vel agrum, sed etiam fructus inde perceptos. Quia sunt fructus rerum, quarum alius est dominus; & ideo ei debentur. S. Th. hic Q. 78. A. 3. O.

*Explicatur Conclusio:* Quæ probationem involvit: cum rerum per usuram acquisitarum non acquirat usurarius dominium: quia nudâ traditione sine justo titulo non acquiritur dominium, sed in usurario non est justus titulus ut in præcedentibus est probatum; hinc sequitur quod usurarius usuras utpote non suas teneatur restituere, imò etiam fructus ex re immobili perceptos; ubi duo notanda: imò pro foro externo: si repetens usuras etiam sit usurarius



rarius, repelli potest per exceptionem, ut non audiatur, quousque ipse usuras restituerit, quia frustra implorat beneficium legis, qui contra legem peccavit juxta cap. quia frustra h. t. 2do si mutuatarius voluit dare gratuito mutuanti aliquid ultra sortem ( quamvis usurarius, uempe mentalis non vero realis, sinistro oculo ad lucrum respiciens propterea se resolverit ad dandum mutuum ) non tenetur ad restitutionem, si gratuito oblatum cum gratiarum actione acceptet, modo cognoscat gratuitam alterius voluntatem, quæ non præsumitur.

Q. Quænam sint pœnæ usurariorum?

R. Pœnæ usurariorum sunt 1mo infamia juris 2do exclusio à S. Communione ad quam usurarius publicus non admittitur 3tio exclusio ab oblatione in Ecclesiis fieri solita 4to non admissio ad confessionem peccatorum, donec satisfecerit vel idoneam cautionem præstiterit vel urgente mortis periculo juraverit se non habere unde satisfaciatur, aut se operam daturum ut per hæredes satisfiat. Et privatio Ecclesiæ sepulturæ cap. quia 3. de usur. & cap. quamquam 2. eod. tit. in 6. ex quo ista pœna est privatio facultatis validè testandi, nisi præstiterit ante mortem sufficientem cautionem. b. Magistratus apptobantes per statutum vel aliam dispositionem usuras excommunicantur per Clem. un. de usur. advertendum autem, quod hæ pœnæ in foro externo vix incurrantur: quia usura inter ista vitia computatur, quæ quo magis sunt communia, eo sunt occultiora & pluribus prætextibus palliata.

### DISPUTATIO XXXIV.

*De Promissione, Donatione & Testamento.*

**L**icet non undequaque propriam contractus rationem habeant hæc tria, attamen quia ex voluntatum

De Pr  
luntatum  
nem, final

DICO  
test

ra signa...

autem ali

Q 88. A

Expl

berata &

tâ & poss

tate prævi

cut omnis

enim vis m

stus, extr

irritos, att

haber exce

inde ut effi

metus abet

inctionem

quibus nor

per hoc eti

exprimit al

se obligan

præstanda

impossibi

res prom

tem pron

ad partem

bet per in

nes quæ

leni pecc

quæ tollu